

proprietatis, quatenus eam applicauit d. Dominæ Mariae, referens eius suum in proprietate. Itaq; solū defuncti causam possessionis, confirmando nominationem d. Matthæi præcipiendoque ut ei fieret collatio. Et ita fuerunt decreta & liberata literæ executorialis præd. trium sententiarum cōformium respectu possessionis in fuorem mearū partium: & cum effectu fuit facta prouisio & collatio dict. Capellaniz d. Matthæo virtute dictarum literarum. Laus Deo.

SUMMARI A.

- 1 Habens unam ex duabus qualitatib. requisitis a fundatore in patrono, non admittitur ad ius patronatus.
- 2 Sufficit probare consanguinitatem cum defuncto ad successionem absq; eo, quod probetur non esse proximiorē.
- 3 Verba sequentia generalia debent intelligi cum eadem qualitate & puritate præcedentium.
- 4 Una pars testamenti declaratur per aliam.
- 5 Non aliter recedendum est a voluntate testatoris, quā cum mansisset sit, aliud sensisset testatorem.
- 6 Pluralitas resoluitur in singularem.
- 7 Resolutio præd. non fit ex proprietate verborum.
- 8 Pluralitas non resoluitur in singularitates, quōtēs veniretur contra mentem disponentis.
- 9 Pluralitas non resoluitur in singularitates, quando verba in plurali nō. prolata tendunt ad unum effectum communem.
- 10 Pluralitas resoluitur in singularitates in diuiduis.
- 11 Ordinatio testatoris facta in plurali n. debet seruari in vna per sona, vbi in aliis verificari non potest.
- 12 Pluralitas non resoluitur in singularitates in indiuiduis.
- 13 Ius patronatus quando diuidatur in plures heredes.
- 14 Pluralis loquutio verificatur in singulari, quando non potest verificari in plurali.
- 15 Pluralitas, quando requiritur pro forma, non resoluitur in singularitates.
- 16 Voluntas testatoris facit formam & conditionem.
- 17 Pluralitas non resoluitur in singularitates in præiudicium Ecclesiæ.
- 18 Pluralitas non resoluitur in singularitates, quando est appositum pronomen collectivum.
- 19 Pluralitas resoluitur in singularitates, quando est relata ad plures, & in persona cuiuslibet sortitur suum effectum distinctum & consummatum.
- 20 Pluralitas tunc resoluitur in singularitates, quando, si non resolveretur, videretur absurditas vel intellectus contrarius iuri communi.
- 21 Pluralitas tunc resoluitur in singularitates, quando subest eadem ratio vnius & multorum.
- 22 Sententia inter alios lata non nocet tertio, quamuis vincto aliqua culpa imputari potest in non appellando ab ea, vel appellatorem interpositam non prosequendo.
- 23 Patronus vnus non potest auerere num. patronorum cōsentiendo, ut alius, qui non erat, efficiatur patronus, quia agitur de præiudicio Ecclesiæ, quod plurib. patronis subiiciatur.
- 24 Quamdiu adest nominatus per testatorem, cessat nominatio faciēda per patronum.
- 25 Ordinarius non potest commutationem vltimarum voluntatum facere, sed sicut Papa de plenitudine potestatis.
- 26 Habens propriam vocationem non eget representatione patris, sed tanquam principaliter vocatus admittendus ad successionem maioratus.
- 27 Citatio generalis per edictum in electione & presentatione, sufficit & non comparentibus parat præiudicium.
- 28 Quilibet, qui presumitur vivere centum annos, quōtēs pro-

batur, illum, de cuius vita agitur, fuisse natum intra centum annos nondum elapsi.

- 29 Meri per summam & longam absentiam probatur.
- 30 Hec probatio per summam habetur pro veritate plena.
- 31 Arbitrio Iudicis relinquatur, quod tempus dicatur longum, & quod modicum.
- 32 Ex vnica presentatione, que sortita fuit effectum, acquiritur quasi possessio presentandi.
- 33 Ille, qui in aliis actibus patrono competentibus fuit in quasi possessione, presumitur etiam esse in quasi possessione presentandi, quādo non constat, quod ius patronatus pertineat ad alium.
- 34 Presentatus ab eo, qui est in quasi possessione patronatus, presertur presentatio a proprietario, nisi tempore presentationis clare constiterit de iure domini.

CONSILIVM IV.

IN causa vertente inter Mariam & Petrum principales, & Ioannem Presbyterum Capellanum ab eisdem nominatum ex vna parte, & Ioannem & cōsortes ex alia super iure patronatus Capellaniz, quam olim fundant quidam coniuges consanguinei præd. partium, & super prouisione nunc faciēda d. Capellaniz vacantis, iustitia dictorum Mariæ & Petri duobus conficitur articulis. Primo, quod ius patronatus huius Capellaniz competat in solidum eisdem, ac per consequens nominatio d. Ioannis per eos facta debeat admitti cōferendo dicto Ioanni prædict. Capellaniam. Secundo, quod dictis Mariæ & Petro non noceant processus & sententię olim late in hac eadem causa, quibus videtur diuidi hoc ius patronatus pro dimiditate inter præd. partes, siue eorum antecessores.

Circa primum, quod tantum competat prædict. ius patronatus in solidum dictis Petro & Mariæ probatur iure & voluntate expressa fundatorum, ex qua remanet exclusæ aduersæ partes: nam præcipitur, quod extingentis ab eis nominatis sit patronus (vt ipsi dicunt) *El pariente nuestro mas propinquo*. Et pronomen, *nuestro*, est collectivum, requiritur, quod consanguinitas sit cum vtroq; fundatore, vt patet ad oculum: & hæc voluntas siue conditio testatorum seruanda est, vt satis probauit in consiliis præcedentibus. Adeo, vt si fundator requiritur duas qualitates in patrono, vt puta, quod sit ex iustis heredibus descendens, & heres, qui tantum vnam harum qualitarum habuerit, non admittetur ad præd. ius patronatus secund. *Parisi. consil. 48. n. 9. 18. & 19. vol. 4.*

Vbi n. 20. addit, quod dimidia iuris patronatus spectans ad vnum patronū deficit & extinguitur per mortem ipsius, & accrescit & applicatur vel non diminuitur illi habenti d. ius patronatus. Sic igitur in proposito dicendum venit, vt voluntas testatorum, in illis verbis: *Pariente nuestro*, debeat omnino seruari, ita vt vna ex his duabus qualitatibus deficiat, scilicet, quod non sit consanguineus vtriusq; fundatoris, quamuis sit alterius tantum, non debeat admitti ad hoc ius patronatus, aut saltem præferendus sit, qui ex vtroq; laterē cōiunctus siue consanguineus sit, prout sunt dicti Petrus & Maria, vt partes aduersæ consentunt: & est probatū in processu, nempe, quod ipse non sunt consanguineæ fundatoris, sed tantum fundatricis, & quod d. patroni sunt consanguinei vtriusque fundatoris: quia duo vincula fortiora sunt vna: quia duo vincula fortiora sunt vno, vt in *l. Balthaz. ff. ad Trebell.* Probatum est etiam, quod tempore vacationis huius Capellaniz, & nunc nullus alius consanguineus vtriusq; fundatoris reperitur, nec est in rerum natura ita proximus, sicut sunt d. patroni: esto, quod sufficeret probare consanguinitatē proximam, nec enim (hoc probato) requiritur hoc probari, non esse alium proximiorē, vt in terminis similis dispositionis concludit eleganter Raphael Cuma, *consil. 43.* & alios

alios allegans Capic. *decis. 159. n. 11. D. Molin. de Hispan. primos. lib. 3. c. 9. n. 21. & 22.* & plures referens Pet. Surd. *consil. 5. n. 6. vbi n. 33. cum seqq.* quo modo hoc intelligatur. Ex quibus omnibus constat, aduersas partes nullū ius habere ad hoc ius patronatus per supradicta.

Restat nunc, vt voluntatem expressam fundatorum ostendamus, qua manifestum fiat, vnum tantum patronum voluisse nominare huius Capellaniz, non autem duos vel plures eod. tempore (non dico de heredib. quia heredes plures vnus patroni pro vnico patrono reputantur, & ita omnes illi vnā tantū vocē habent in presentando. Et hoc ipsum probatur ex eadem dispositione & fundatione huius Capellaniz, dum loquens de vno patrono, inquit. *E despues de los dias del dicho Juan Martin, el pariente nuestro mas propinquo.* Nota verbum, *El pariente*: in singulari nō. prolatur, quia non dicit: *Los parientes*: vnus igitur tantū patronus debet esse nō plures. Et hæc voluntas ad vngue obscuranda est, nec debet quiquā suppleri, addi vel mutari: quia alias alteretur voluntas testatoris, q̄ fieri non debet, vt in *Clem. quia contingit, de relig. dom.* quod apertius demonstratur ex princip. fundationis, vbi tantū vnus patronus nominatur, sc. Ioan. Martin. non vero duo. Ergo verbi subsequens. *El pariente nuestro*, de vnico tantū & eo habente præd. qualitatē consanguinitatis cū vtroq; fundatore, intelligendū est omnino. Quæ expositio expressa & conformis est atq; auct. literæ fundationis, imo hoc ipsum consonat ipsa dispositio, non vero aliud. Quinimo tercia verba sequentia fuisse generalia, deberent intelligi cū ead. qualitate & puritate præcedentū, vt in *l. fin. §. si. ff. de iuric. vno & oleo legat. Abb. in c. sedes. de rescript. n. 2. & 8. & sic quod vnus tantū patronus esset huius Capellaniz, non vero duo, maxime, cum hoc sit expressum in fundatione: & vt pars testamenti declaratur per aliam, vt in *l. qui sit ab. in prin. & ibi Bart. & Doct. ff. de legat. 1. Menoch. de recap. poss. remed. 1. n. 25. Roland. a Valle consil. 38. n. 5. lib. 4.* Quod item probō, quia vxor fundatoris, eademq; fundatrix habebat eo tempore sororem matrē, sc. aduersarū partium, quæ fundatores ipsi cognoscebant, & pro tali tractabat, eiq; meminere in suis vltimis elogiis & dispositionib. vt videre licet item disposuerunt, vt quidam filius d. sororis fundatricis haberet d. Capellaniam pro toto tempore vitæ suæ, cuius morte nunc vacat: Ergo si vellent, quod præd. soror, a qua partes aduersæ descendunt, haberet aliquod ius ad d. patronatum, vel partem ipsius, id expressissent. Cum igitur non expresserint, id noluisse credendum est, arguendo text. in *l. vnic. vers. sin autem ad deficientis personam, C. de caduc. tollend.* Voluntas igitur fundatorum (quæ est seruanda) fuit, vt post mortem d. Ioannis esset patronus consanguineus propinquo vtriusq;.*

Nec auidere debet quis vnquam recedere ab expressa forma ab ipis data & perspicua eorum voluntate: quādo quidem non aliter recedendū sit a significatione verborum, quam cum manifestum est, aliud sensisse testatorem, vt in *l. non aliter ff. de legat. 3. & in l. 5. ut. 23. part. 7.* tradunt plurimi consilentes, & eos referens Roland. a Vall. *consil. 43. n. 17. lib. 4.* quia sepe in coniectura mente defuncti erratur, secundum Bald. in *l. precibus, n. 23. C. de impub. & aliis subit. l. in l. licet Imperator, nu. 15. ff. de legatis 1.*

Ex quo infertur, non habere locum in presenti casu allegationem contrariam, quæ est, vt verba illa, *El pariente nuestro*, intelligantur, vnus cuiusq; fundatoris seorsum, non vero simul, reddēdo singula singulis. Itaq; hæc pluralitas, *Pariente nuestro*, resoluitur in plures singularitates, nempe, vt consanguineus propinquo vnus fundatoris habeat dimidiam partem patronatus, & alterius consanguineus habeat aliam dimidiā: & sic q̄ diuidatur inter eos d. ius patronatus: quia de iure

pluralitas resoluitur in singularitates, iuxta late traditā per Andream Tiraq. in *l. si vnquam, verb. suscepit liberos, n. 241. & seqq. C. de reuocan. donat. Francisc. Beccum consil. 39. n. 2. lib. 1.* Hoc enim in proposito esset absurdū, & aduersus voluntatem dispositionemq; fundatorum nominantium vnū tantū patronum, nō vero plures: vt constat ex clausulis fundationis, vbi sepius atq; sepiissime in num. singulari loquuntur de vno patrono, & alia clausula, qua disponunt, *Que se den al patron que fuere, mil maravedis en cada vn anno, por que tenga cargo de administrarla.* Aliter namq; si dicit. ius patronatus diuidendum foret, quilibet patronorum non haberet plus quam quingentos solidos contra expressam dispositionem fundatorum, quæ habet, vt patrono dētur mille pro administratione, non igitur iam opus est alia approbatione.

Præterea pluralitas nunquam resoluitur in singularitates contra ius & voluntatem testatoris, vt est notum, & aduersæ partes fatentur in suis allegacionibus: quia talis resolutio non fit ex proprietate verborum, vt in *l. fin. ff. ad Trebell.* sed ex mente loquentis, vt inquit Soci. in *l. falsa. §. si ad fin. ff. de cond. & demost. & Alex. in l. si seruis. §. si plurimum, n. 4. ff. si quis cent. Lancel. Poli. in tract. substit. in 6. part. n. 47. vol. 7. et al. diues. §. Doct. fil. 128. In *l. Gallus, §. quid sit, n. 11. ff. de lib. & posth. Quo fit, vt pluralitas non resoluitur in singularitates, quōtēs veniremus cont. mentē dispositionis, vt tenet Bar. Socin. §. consil. 43. n. 1. vol. 1. & Lancel. Poli. vbi sup. n. 46. & 47. In *l. quamuis, in fine, C. de impuber. & aliis substit. ** *Beccum vbi supra, nu. 11. & in p̄liro casu Cornuei consil. 159. col. 2. cum seq. lib. 4.***

Nec etiam fit prædicta resolutio, quatenus verba in plurali numero prolata tendunt ad vnū effect. communem, Bart. in *dict. l. falsa, §. fin. & in d. si seruis, §. si plurimum, num. 1.* quæ Bart. doctrina communiter approbatur, secundum *l. ad d. si plurimum, num. 2. & sequitur ceteri, secundum Orosc. ab inum. 1.* imo tunc requiritur, vt omnes qualitates simul interueniāt, vt superius probatum fuit in eisdem terminis iuris patronatus.

Quod etiam fit probatur, quia si in aliquo casu pluralitas resoluenda esset in singularitates, illud sane foret in rebus diuiduis, vt probatur in *d. §. si falsa. ff. de condit. & demost.* quo text. aduersæ partes nituntur ad faciendam prædict. resolutionem pluralitatis in singularitates: & tamen textus ibi loquitur in rebus, vbi cadit diuisio & separatio: Nam legauerat testator duos seruos, *si sui essent cum moretur*: contigit quod postea alienauit vnū eorum: probat textus, valere legatum in altero.

Quod nō mirum est, cum vnus seruis ab alio separari possit, & constet, eo casu illam fuisse voluntatem testatoris quia ordinatio ipsius facta in plurali numero debet seruari in vna persona, vbi in aliis verificari nec habere locum potest, vt bene concludit in pulchro casu Decius *consil. 30.* Non vero idem dicendum est, quando constat de contraria voluntate testatoris, & ipsius ordinatio potest in pluralitate verificari, vt in postro casu. Nec præterea præd. resolutio habet locum in indiuiduis, prout est ius patronatus, vt in *c. de iur. patron. tradit bene Rochus de Curt. in eod. rati. verb. iiii, nu. 10.* Nec præstat, quod successione diuiditur ius patronatus in plures eiusdem patroni heredes: radicatum namque ius patronatus in persona veri patroni, ipsius morte transmittitur ad eius heredes, vt in *Clem. plures, & ibi Doct. de iur. patron.* Quia respondeo, hoc quidem verum esse, quando ille principalis habet ius quæ est verus patronus: secus vero si id non habeat: quia nemo plus iuris in alterum transferre potest, &c. Item plures heredes vnus patroni habentur pro vno, & vnam tantum vocem habent, vt in *dict. Clem. plures, & tradit huius rationem assignans Rochus in verb.*

ipse, vel is, num. 23. & ius tamen ipsum patronatus in diuiduum est, ut in dict. c. 1. Vnde cum fundatores huius capellaniz id minime diuiserint, sed vnum tantum patronum nominauerint, consequens est, ut ipsum non diuidatur, praterquam in casu a iure deciso, vbi scilicet radicatio iure patronatus in persona vnius, ex successione diuiditur inter eius heredes, qui quidem pro vno adhuc reputatur & habentur respectu dicti iuris patronatus. Sed mater partium aduersarum nullum ius habebit ad hoc patronatus ius, quia defecit in ea consanguinitas ex parte fundatoris: Ergo nihil transmitit ad heredes.

14 Tertio fit excluditur allegatio supradicta contraria: quia in casu d. l. falsa, §. fin. pluralitas non poterat verificari, nisi in vno seruo, qui erat testatoris tempore mortis ipsius: at in casu nostro potest verificari pluralitas in pluralitate (hoc est, in consanguineo propinquo vtriusque fundatoris) in ea igitur verificanda est minimeque; resolueda in vno tantum singulari: & ita quod pluralis locutio tunc verificetur in singulari, quando non potest verificari in plurali, tenet gl. i. in c. omnia leges, i. dist. 8. ibi Doct.

15 Quarto fit probatur intentum: quia quando pluralitas requiritur pro forma, tunc non resoluitur in singularitates, vt tradunt Petrus, Bald. & Socin. n. 2. in d. l. falsa, §. fin. Tiraquel. in l. si vnquam, verb. susceperit liberos, n. 262. C. de reuocand. donat. pag. 416. & Becanus vbi supra, num. 17. Sed in proposito, verba illa: El pariente nuestro mas propinquo, inducunt fit formam omnino seruandam, Bald. in c. cum in veteri, in princip. col. 1. de elect. Tiraq. in d. l. si vnquam, verb. liberus, n. 52. C. de reuoc. donat. Ergo non debet resolui in singularitates: precipue, quia resolutio esset odiosa & praiudicialis Ecclesie, quia subieceretur pluribus patronis, quo casu etiam non fit praedict. resolutio, vt cum Rayner. concludit Socin. vbi supra.

16 Quinto fit, quia pronomen, nuestro, in fundatione appositum est collectivum, & comprehendit vtriusque fundatorem: & quando est appositum pronomen collectivum, non fit praedict. resolutio, vt in l. necessarias, §. si annua, ff. de pig. n. actio & in l. cum quidam, C. de impub. & aliis Bart. in d. l. falsa, §. fin.

17 Sexto fit, quia in d. l. falsa, §. fin. pluralis sermo erat relatus ad plures, & in persona cuiuslibet suum distinctum & consummatum sortiebatur effectum: merito igitur in singularitates resoluitur, vt Bartol. ibi aduertit, & Doct. supra allegati, & expresse Angel. consil. 265. in princip. dist. legatum relictum est, col. 2. refert & sequitur ex communi doctrina Decius d. consil. 50. n. 3. Sed in fundatione, de qua agimus, pluralis sermo, nuestro, non refertur ad plures, sed ad vnum tantum, scilicet, Pariente, nec in persona cuiuslibet suum distinctum & consummatum sortiretur effectum, quia si ius patronatus diuidendum esset eo modo, quo aduersae partes intendunt, non competeret cuiuslibet patrono ius patronatus in solidum, ac perinde non haberet suum consummatum effectum dispositio supra dicta, nec distinctum in persona cuiuslibet patronorum: vnde minime fieri debet praed. resolutio & diuisio.

18 Septimo fit: quia tunc resoluitur pluralitas in singularitates, quando, si non resolveretur, resultaret absurditas vel intellectus contrarius iuri communi, vt in c. accepta de appell. & ibi Abb. n. 3. hoc notat ex illo text. & in c. in privilegia, de privileg. per quae iura ita intelligit l. nec materiam Barth. Socin. consil. 42. n. 1. vol. 1. sed in casu nostro nulla resultat absurditas, si non resoluetur, cum non recedamus a proprietate verborum, vt in d. l. non aliter, ff. de legat. 3. Igitur, &c.

19 Octavo fit, quia tunc regulariter resoluitur plu-

ralitas in singularitates, quando se habet eadem ratio vnius & multorum, vt plurimos allegans resoluit Tiraq. vbi supra, in d. l. si vnquam, verb. susceperit liberos, nu. 260. sed in nostro casu non se habet eadem ratio in singulari, quae in plurali, vt ex supradictis patet; Igitur, &c. Et cum his me expedio ab hoc i. art.

Deueniamus modo ad secundum articulum principalem, an acta antiqua & sententiae latae in eis obliunt d. Petro & Mariae veris patronis. In quo respondeo, minime eis nocere. Tum, quod ipsa non sunt a notario, nec aliqua persona publica subscripta, praecipue intimatio vltimae sententiae, nec habet rubricam aliquam notarij, quare videtur nullam fidem facere. Tum etiam, quia dictae duae vltimae sententiae, quibus diuiditur praedict. ius patronatus, & applicatur dimidia pars ipsius patri dictorum Petri & Mariae, & altera dimidia matri partium aduersarum, sunt iniuste & notorie iniuriae, quia sunt contra ius & expressam voluntatem fundatorum, vt ex supra dictis patet. Nam existitente patre dictorum Petri & Mariae, nepte ex fratre nepoteque; ex sorore fundatorum respectiue: at vero matre aduersarum nepte ex sorore tantum fundatricis, quae qualitas aderat etiam in d. patre Petri & Mariae, & in super alia, scilicet, quod esset etiam neptis fundatoris, stantibus dictis verbis fundationis iam supra relatis, & iuris dispositione supra dicta, notoria iniquitas fuit, diuidere praed. ius patronatus modo supra dicto: quia in solidum compete- bat dict. parenti Petri & Mariae. Tunc vero postea locum habere intentio contraria, quando non esset consanguineus simul vtriusque fundatoris: illo vero subsistente ita propinquo, non video, quo pacto potuit ei auferri pars vna d. patronatus, & alteri applicari. Quocirca d. sententiae iniustissimae prorsus sunt, tanquam notorie repugnantibus iuri & voluntati expressae fundatorum: maxime, cum prior sententia esset lata pro parte dictorum Petri & Mariae, quae totum ius patronatus ei applicauit iuxta iuris dispositionem & voluntatem fundatorum. Vnde magna culpa potest imputari d. patri in non appellando ab vltima sententia aduersus eum lata, vel in non proseguendo appellationem, si aliquam interposuit. Quo fit casu sententia inter alios lata non nocet tertio, quamuis alias, si vltimo imputari culpa non posset, noceret. Ac proinde praed. veri patroni possunt ius suum in iudicio deducere, vt faciunt, non obstantibus d. sententiis, primo per tex. expressum in l. si seruus plurius, §. i. ff. de legat. 1. vbi aequiparantur tres casus, in quibus sententia inter alios lata aliis non nocet. Primus, quando sententia fertur contra heredem non agentem causam. Secundus, contra lusorie agentem. Tertius & vltimus (qui pro nobis facit) quando per iniuriam fuerit pronuntiatum, non tamen prouocauerit heres. Quibus casibus etsi legata maxima dependentiam habeant ab hereditate, & testamentum, super quo fuit litigatum, nihilominus sententia lata contra heredem non nocet legatariis, nec culpa heredis in non appellando: vt constat ex illo text. expresse. Cuius hic est verus & germanus intellectus, vt hi, scilicet tres casus aequiparentur ibid. ita vt legatariis non sit necessaria appellatio propter culpam heredis: sed quod conferrentur ipso iure indemnes. Culpa autem heredis in eo versata fuit in non agendo causam, vel lusorie agendo, vel non appellando. Cuius culpa ratione est vnica decisio illius text. in omnibus tribus casibus, vt in illis sententia non noceat tertio (hoc est) legatariis, licet eorum causa dependeat a prima: etiam si ipsi non appellauerint: quicquid alij dicant existimantes, in duobus tantum primis casibus, legatarios consensurum indemnes absque remedio appellationis, scilicet, quando sententia fuit lata contra heredem non agentem causam, vel lusorie agentem. In vltimo vero casu, quando heres fuit condemnatus per iniuriam,

& non

& non appellauit, existimant non posse agere legatarios contra victorem, sed contra heredem victum qui non appellauit. Sed hic intellectus expresse videtur pugnare literae d. §. i. & eius verae fundamentali rationi. Quia licet dicti primi duo casus simul decidantur ibidem, tertius quoque casus eodem verbo, quo primi, terminatur, nempe non nocebit, praesertim cum in praedict. tribus casibus culpa heredis hoc operetur. Ita vere intelligit materiam hanc & illum text. gloss. ibi in verbo non nocebit, in 2. intellectu: vbi postquam primo intelligeret, quod hoc tertio casu sententia non nocet legatariis appellando, postea tamen inquit. Imo forte ipso iure non nocet. Et cum hoc intellectu remanet gloss. illa, secundum quam sententiam in praedict. casu non nocet tertio, cum quo res non fuit acta, vbi heres fuit in culpa, quod non appellauerit a sententia iniusta contra se lata. Et hic intellectus gloss. est magis communiter approbatus, vt in specie testatur Alex. ibi, num. 4. idem Alex. in l. sepe, n. 83. ff. de re iud. vbi expressim secundum hunc magis communem intellectum affirmant supra dict. conclusionem, in genere, vt sententia inter alios lata non noceat tertio, quando potest imputari culpa victo, quod non appellauerit: loquiturque ibi Alexand. in materia, in qua alias noceret sententia tertio, si culpa victo imputari non posset. Idem est igitur in nostro casu, cum pater dictorum Petri & Mariae condemnatus fuerit per iniuriam (id est) iniuste, vt supra probatum est. Et in specie huius litis probatur, quia habebat primam sententiam pro se: debebat igitur appellare a tertia, & prosequi suam appellationem. Cum igitur hoc non fecerit, maxima culpa ei imputari potest, & praed. sententia non nocet ipso iure tertio (hoc est) d. Petro & Mariae, secundum d. text. & eius magis communem intellectum, qui in iudicando & consulendo sequendus est.

Secundo principaliter, quod d. sententia non obliunt supra d. Petro & Mariae propter culpam commissam a patre ipsorum in non appellando ab vltima sententia, probatur, quia ipse, etiam si vellet, expresse non posset d. sententiae iniuste consentire in praedictum Ecclesiae (hoc est, capellaniam). Quia fit patronus vnus non potest augere numerum patronorum consentiendo, vt alius, qui non erat, efficiatur patronus, quia agitur de praedictio Ecclesiae, quod pluribus patronis subiciatur, vt notabiliter tradit Dominicus de Sancto Gemin. dicens, se ita consuluisse cum Domino Petro de Anchar. in c. 2. §. laici, in principio, de reb. Eccles. non alien. n. 6. quem refert & sequitur Philip. Decius consil. 49. n. 4. vbi ampliat, vt id procedat, non solum in patrono, in quo loquitur Dominicus, sed etiam in quasi possessione iuris patronatus. Quia tunc etiam militat ratio praedicta de praedictio Ecclesiae: quia talis possessor pro patrono habebit quantum ad praesentandum in praedictum Ecclesiae, vt ibi probat. Si ergo pater praedictorum non poterat id expresse facere, nec consentire in praedictum Ecclesiae, multo minus nocebit Ecclesiae ipsius, quae vero patrono tacitus consensus, qui ex non interposita appellatione dicitur resultasse, potuit enim sibi tantum praedictare, non vero Ecclesiae, nec reliquis successoribus. Praecipue, quia illa olim agitata non videtur iuris vllum habuisse effectum, nec valorem, quia eo tempore non vacabat capellaniam, nec ei erat prouidendum de capellano per patronum, quia vivebat capellanus non nominatus a fundatoribus, cui erat prouidenda necessario, & fuit prouisa atque collata per ordinarium. Itaque, nondum tunc temporis erat factus locus nominationi

24 fiendae per patronum: quia quamdiu adest nominatus per testatorem, cessat nominatio faciendae per patronum: & vocatus per testatorem, admittendus & praesertendus est ceteris, vt in leg. cum ita legatur, §. fideicommissus, ff. de legat. 2. Et sic ealis continebat illo tempore ius futurum, hoc est, praesentationem capellani fiendam post mortem nominati per fundatores, vt expresse fuit declaratum in prima sententia, & in ceteris subintellectu. Tractus vero futuri temporis non spectat ad iudicem, vt in l. non quemadmodum, ff. de iudic.

Tertio, quod fit dict. duae posteriores sententiae non obliunt, probatur, quia nullus ordinarius praeter Summum Pontificem, potest commutationem vltimarum voluntatum facere, nec illas alterare, vt in d. Clem. quia contingit, de relig. domib. idque tantum potest Summus Pontifex de potestate absoluta (hoc est) de plenitudine potestatis, non vero de ordinaria, vt inquit Bald. in l. si testamentum, num. 1. C. de testamentis. Non igitur poterunt dict. iudices asserti Apostolici diuidere praedictum patronatus contra vltimam voluntatem fundatorum, praecipue, lata prima sententia secundum eorum voluntatem: ac per consequens non praestatur impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, vt in regulis vltimae.

Vltimo pro complemento huius secundi articuli, & praesentis allegationis est aduertendum, quod praed. Petrus eiusque foror non agunt in praesenti casu repraesentando personam partis, sed petunt se admitti iure proprio & ex propria persona, quia sunt consanguinei proximiores fundatorum, & sic vocati ab ipsis ad hoc ius patronatus. ibi: El pariente mas propinquo, &c.

Et qui fit habet propriam vocationem, non eget repraesentatione partis, sed tanquam principaliter vocatus admittendus est, vt in successione maioratus cocludat Paul. de Cast. consil. 164. lib. 2. Abb. consil. 85. lib. 1. Soci. in l. si cognatis, nu. 5. ff. de reb. dub. Alex. consil. 4. n. 1. vol. 4. Cepoll. consil. 4. n. 3. Bertrand. consil. 314. col. 4. lib. 4. Augusti. Beronius consil. 84. nu. 73. lib. 2. Emanuel Costa in q. partri & nepot. pag. 111. vers. quarto non obstat, Decius consil. 369. n. 1. & alij plurimi.

Quo fit, vt praed. fratres debeant declarari pro veris patronis huius capellaniam in solidum, & admitti suam praesentationem: maxime, cum sit probatum, quod eorum pater absentiam fecerit ab hac ciuitate, octo vel nouem iam sunt elapsi anni, & erat senex decrepitus & infirmus, crediturque iam publice & certo mortuum esse ex rationibus vero similibus a testibus super hoc deponentibus assignatis. Itaque, nescitur vbi sit, dato quod esset viuus.

Quo casu fit sicut in electione vocatio generalis per dicta facta in Ecclesia, vbi fieri debet electio, sufficit, & non comparationibus parat plenum praedictum, vt in c. fin. vers. vocationem, & ibi doct. de elect. lib. 6. Idem erit in praesentatione, vt tenet gl. ibi, verb. electionem, in si quam sequitur alios allegans Rochus de Curt. de iure patron. verb. honorificum, n. 69. fol. 24.

Ergo cum in praesenti processu fuerit seruata haec forma, vt constat ex ipso, consequens est, vt quauis ipse pater viuat, ipsi sit paratum plenum praedictum maxime & a fortiori, quod publice & pro certo habetur esse iam mortuum.

Confirmantur fit supra dicta: quia licet quilibet praesentatur viuere centum annos, vt in l. si cum similibus, C. de sacros. Eccles. hoc tamen procedit & intelligitur, quoties probatur, illum, de cuius vita agitur, fuisse natum intra centum annos nondum elapsos. Ita expresse tenet & intelligit Raphael Cuman. consil. 43.

Sed fit in praesenti casu hoc non probatur: imo ex nostra parte est probatum, quod ille erat senex & infirmus. Insuper & mors per famam & longam absentiam in partes longinquas probatur: Igitur hoc sufficit, vt habeatur pro mortuo, quandoquidem non agitur de eius successione in extra gloss. 1. in l. siquidem, C. solut. matr. & ibi Cyn. & Bart. num. 2. idem Bart. in l. 2. §. sed si dubi-